

memorie et proprie salutis monasterio sive claustro dictarum sanctimonialium sepe dictos mansos in proprium dedimus ab hac hora in antea perpetuo possidendos cum iudicio lignis et pascuis ad eosdem mansos pertinentibus nec non cum omni utilitate et proventibus, que de ipsis in presenti proveniunt vel provenire poterunt in futurum. Ut autem hec nostra
 5 donatio robur optineat perpetue firmitatis, eandem litteram eidem monasterio sive claustro in testimonium dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Dresden anno domini M CCLXXVII, III kalendas may, presentibus testibus infra scriptis: Ottone de Ylebure, Hermanno de Maltitz, Orto]l]fo de Dewin, Frederico magistro coquine nostre, militibus et aliis quam pluribus fide dignis.

10

(SFR.)

272.

Friedrich, Bischof von Merseburg, gesteht dem Jungfrauenkloster in Grimma zu, daß es auch fernerhin die Vorrechte des Cisterzienserordens, jedoch mit Vorbehalt der Rechte des Merseburger Bischofs, genießen solle, und unterstellt es der Aufsicht des Abtes vom Kloster Pforta. Merseburg, 1279 Juli 6.

- 15 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 951^b. Die wohlerhaltenen SS. des Kapitels und des Bischofs an Fäden von grüner, rother und gelber Seide.*
Gedr.: Schlegel De Cella veteri 55 f.; Bertuch Chronicon Portense 188 f.; Horn Henricus illustris 345 f.
Ann.: Ein Transsumpt der vorliegenden Urkunde in derjenigen, welche gleichzeitig Aebtissin und Convent des Nonnenklosters in Grimma ausgestellt, Or. Perg. Domkapitelsarchiv Merseburg No. 104: Nos . . . dei gratia abbatisa
 20 *totusque conventus sanctimonialium apud Grimmis ad Thronum Cysterciensis ordinis Mersburgensis dyocesis recognoscimus et presentibus litteris protestamur, quod ratum et gratum habemus tenorem inferius annotatum, qui est talis: In nomine domini amen. Fridericus u.s.w. Ut autem premissa omnia a nobis et conventu nostro robur firmitatis obtineant, supplicavimus venerabilibus patribus domino Witegoni Misnensi episcopo, Portensi et Cellensi abbatibus, ut una cum sigillo nostro presentem litteram cum sigillorum suorum appensionibus confirmarent. Actum et datum loco et tempore supra dictis. Die SS. der Aebtissin (Taf. I, 10), des Bischofs Withego (vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 1 Taf. II, 4), des Abtes von Pforta (fragmentarisch erhalten) und des Abtes von Altzelle (abgefallen) an Pergamentstreifen.*
 25

:In nomine domini amen.: Fridericus dei gracia Mersburgensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam | labilis est
 30 hominum memoria, ne ea, que fiunt rite ab hominibus, in oblivionem deveniant, perhennari solent patrociniis litterarum |. Notum igitur esse volumus tam presentis quam futuri evi successoribus, quod, cum inter nos et inter capitulum nostrum ex una et abbatissam et conventum | sanctimonialium apud Grimmis ad Thronum nostre dyocesis ex parte altera dissensionis materia fuisset exorta super iuribus episcopalibus, que nobis et nostre ecclesie
 35 vendicavimus auctoritate ordinaria in cenobio memorato, post multas et varias disceptaciones^{a)} huius cause hinc inde habitas instructi fuimus per religiosum virum dominum Burchardum abbatem Cellensem Cysterciensis ordinis Misnensis dyocesis et quosdam alios tam religiosos quam seculares fide dignos, quod eodem sanctimoniales temporibus venerabilis patris et domini Heinrici predecessoris nostri quondam Mersburgensis episcopi
 40 felicis recordationis ordini Cisterciensium fuerant incorporate dicti domini episcopi et

272. a) *Verbessert aus disceptaciones durch übergeschriebenes ta.*
 COD. DIPL. SAX. II. 15.